

servias, cuique suum tribuas, officium à proximo exigas, & quamquam nec consilio nec justitiæ tuae confidas, tamen certus sis, justitiam apud Deum non carere mercede suâ. Matth. 10:16. γίνεθε (præstare vostales; ita modò Tehi. ψηφι) φρόνιμοι ὡς οἱ ὄφεις ηγάπεασιν αἰ τελεταῖ. Hoc præceptum partim illustratur à cœla sive fonte temperamenti, qui est *Timor Dei*, hoc est, submissio erga Deum, tanquam largitorem boni nostri, & judicem incorruptum (vide 1.Petr. 2:17.) partim suadetur à fructu. Nam timens Dei exibit ista omnia, v. 18. quæ scil. à multa justitia & nimia sapientia proveniunt. ꝑatſā cum accusativo vide & Gen. 4:4. Ex. 9:29.

## 2. probatio per specialia exempla

v.19.

## a. in cultu humanæ societatis. Hic comparatur

i. sapientia imperio munito. v.19. Sapientia validior & robustior est sapienti, h.e. efficacior est ad obtainendum bonum suum & aliorum, & firmior ad pericula sustinendum, quam decem imperatores (Schallitum, quibus mos & tas, summum jus exigere præceptis, non suasionibus) qui existiterunt in urbe, qui cum plena potestate imperant populo, & muros fossasque circa se habent. Tenenda igitur est sapientia. nim. quæ est à Timore Dei. quæ rimatur verbum ejus, attendit viæ suæ, & omnia salutaria præparat, si quid cùm ad tutelam vitæ corporis, tum maximè salutem animæ pertinet.

ii. humanitas rigori. Nam non est homo, qui ita iustus sit, ut faciat bonum & non peccet. v.20. Abjicienda igitur nimia sapientia & justitia. Enthymema est. Antecedens tantum ponitur.

iii. conniventia justæ iræ. v.21. aschér pro yad a-schér, adeò ut non audias. His verbis potest Solomon innuere poenitentiam persecutionis Jaroboami. Addita causa à conscientia similis peccati. v.22. Confer Tit.3:3. Fundamentum est Matth. 6:12. 14 15. Interim cavenda titillatio ex alieno peccato, ejusque approbatio. Id enim est οὐωδὴ λοκῆν τοῖς αἱματὶς Τερψίχοροι. Rom. 1:32. At charitas non gaudet in justitiâ, sed congaudet veritati. 1.Corinth. 13:vers.6.

4. in custodia vitæ suæ. Hic ostenditur periculum v.23. nimiae sapientiae in Solomonis exemplo. Vide

## i. summariam propositionem; in qua est

F

i. hypo-